περὶ διατροφῶν παρελθουσῶν] Θεοδώρου. Περὶ παρωχημένων ἀλιμένων καὶ ἐκτός τοῦ ἀρχοντος διαλυόμεθα, περὶ δὲ μελλόντων οὐ διαλυόμεθα. ἡνίκα τις ἀλιμένον κερωσίστηται, εἰ μὲν περὶ τοῦ μελλόντος χρόνου θέλει διαλύσασθαι πρὸς τὸν ταῦτα μελλόντα χρεωστῆν, καὶ μίαν ἀθροον ποσότητα λαβεῖν ὑπὲρ πάντων τῶν ἐφεξῆς ἐνιαυτῶν, οὐκ ἄλλως ἔρρωται ἢ τοιαυτῆ διάλυσιν, εἰ μὴ ἐπὶ τοῦ ..... ὁ προαίτιος ἐν Ρώμῃ, ἐν ἐπαρχίᾳ τοῦ ἀρχοντος τῆς ἐπαρχίας γένηται ἢ διάλυσιν. εἰ μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν ἤδη παρελθόντων ἐνιαυτῶν κερωσιστημένων, λόγου χάριν τριῶν ἢ τεσσάρων ἐνιαυτῶν ἀλιμένων βούλεται διαλύσασθαι, ἐπὶ τούτων ἀκωλύτως διαλύεται καὶ δίχα τοῦ ἀρχοντος τῆς ἐπαρχίας. τοῦτο οὐν τὸ πολλοῖς τῶν παλαιῶν εἰρημένον νόμιμον καὶ ἡ παρούσα διάταξις κανονίζει. καὶ τοῦτοι μὲν ὁ πρῶτος κατὰ τὴν διάταξιν. ἔχει δὲ τὸ κατὰ πόδα, ὡς ἐν τῷ Βασιλικῷ κείμεν· ταύτην τὴν διάταξιν ὑπονοηματικῶς ὁ Ἡρώς Εὐδόξιος ἀνήγαγεν ἀνάγνωσμα τοιούτων. ἐὰν γὰρ, φησὶν, γένηται παρὰ τὸ νόμιμον τοῦτο διάλυσις περὶ τῶν ἀλιμένων τοῦ μελλόντος χρόνου δίχα τοῦ ἀρχοντος τῆς ἐπαρχίας, ἐπειδὴ ἢ διάλυσιν οὐκ ἔρρωται, ὁρεπεύεται τὸ ὑπὲρ ταύτης τῆς διάλυσως καταβεβλημένον. μεμνησο, τί περὶ διάλυσως τῶν μελλόντων ἀλιμένων εἴρηται ἐν τοῖς πρώτοις ὑπὸ τὸν δὲ τραυματικῶν τίτ. τοῦ β. βιβ. εἴρηται δὲ ἐκεῖσε, ὅτι, κἂν μὴ εἰς ἀποτροφήν ληγατευθῆ τι, ἀλλ' ἀζητιανῶν ἢ βεστιαρίων, οὐδὲ περὶ τούτων ἄλλως ἔξεστι διαλύεσθαι, εἰ μὴ ἐπὶ τοῦ ἀρχοντος ἢ τοῦ προαίτιος. μεμνησο δὲ, τί εἴρηται σοι ἐν τοῖς πρώτοις περὶ ἀλιμένων, ἵνα μὴ ταύτην τυγχάνων ἐν ταύτῃ τῇ διατάξει.

χωρὶς προαίτιος] † Ὁφείλει γὰρ σκοπεῖσθαι παρὰ τοῦ προαίτιος, εἰ τούτων μόνων τῶν διατροφῶν ἤρηται ὁ ὀφείλων τρέφεσθαι. [Sch. r. I. 809.]

L. 9.  
C. eod.

κς'. Γυνὴ τις ἐτελεύτησεν ἐπὶ νύκτι κληρονόμῳ, περιόντος ἐτι τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. ἀλλ' ὁ ἀδελφὸς ταύτης τῆς γυναικὸς ἐνήγαγε περὶ κτήματος κληρονομαιῶν, λέγων ἑαυτῷ διαφέρειν αὐτό ὅτι, καὶ συνέδοξε μεταξὺ αὐτῶν, ἐὰν εἴσω ἤτοι χρόνου ὅτι ἐνέγκῃ ὁ ἀδελφὸς τῆς τελευτησάσης τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς φανερά νομίματα, λάβῃ παρ' αὐτοῦ τοῦτον τὸν ἀγρόν, περὶ οὗ ἐδικάσατο· εἰ δὲ μὴ ἐνέγκῃ εἴσω τῆς ὀρισμένης ὁροθεσίας, ἵνα μηδένα λόγον ἔχη τοῦ λοιποῦ περὶ τούτου τοῦ ἀγροῦ. ἀλλὰ τούτων γεγονότων τῶν συμφώνων, ὁ μὲν ἀδελφὸς οὐδὲν ἤγαγεν εἴσω τῶν ὀρισθειῶν ἡμερῶν. εὐλαβούμενος δὲ ὁ ἀνὴρ τῆς τελευτησάσης, μὴ τινα βίαν ὑπομείνῃ παρ' αὐτοῦ, προσῆλθε βασιλεῖ, πρὸς ὃν ὁ βασιλεὺς ἀντιγράφει οὕτως· Ἐὰν περὶ τῆς κτήσεως, ἥτις σοι προσεπορίσθη, ἡνίκα ζήτησιν ὑπέμενες παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ τῆς γαμετῆς σου, συμφώνων συναρέσαν καὶ

1) quidam mandaverat] Theodori. Procurator ad litem datus de ea non transigit, si speciale eius rei mandatum non habet. Itaque lib. 8. tit. 41. const. 4. dicitur, eam neque debitorem non solventem liberare, nec novare actionem.

Nota igitur ex constitutione, specialem procuratorem non recte transigere, nisi speciale mandatum hoc ei permittens habeat.

Nota, procuratorem ad litem datum de ea transigere non posse, nisi mandatum speciale ad transigendum habeat: nam nec debitorem non solventem liberat, nec novat actionem.

2) transactionem non valere] Propter regulam dicentem: qui praeter mandatum aliquid agit, procurator non est.

XXV. De alimentis praeteritis 1) si quaestio defertur, transigi potest: de futuris autem sine Praetore 2) vel Praeside interposita transactio nulla iuris auctoritate censetur sive confirmatur

1) de alimentis praeteritis] Theodori. De praeteritis alimentis etiam sine magistratu transigimus, de futuris non transigimus. Si alicui alimenta debeantur, isque de futuro tempore cum eo, qui alimenta praestitutus est, transigere et pro omnibus deinceps annis unam summam accipere velit, non aliter valet eiusmodi transactio, nisi auctoritate Praetoris Romae, et Praesidis in provinciis fiat. Sed si de alimentis praeteritorum annorum sermo sit, deque iis, verbi causa trium vel quatuor annorum transigere quis velit, impune transigit etiam sine Praeside provinciae. Hoc igitur ius a multis antiquis observatum haec quoque constitutio definit. Textus constitutionis eadem habet, quae in Basilico dicuntur. Hanc constitutionem explicans Heros Eudoxius talem lectionem subiecit. Nam si, inquit, contra hanc legem transactio de alimentis futuri temporis sine Praeside provinciae facta sit, quia transactio non valet, id, quod eius nomine solutum est, repetitur. Memineris, quid de transactione de futuris alimentis dictum sit parte prima Digestorum tit. de transactionibus lib. 2. Ibi autem dicitur, etiamsi non ad victum aliquid legatum sit, sed habitatio vel vestiarum, nec de eo sine Praeside vel Praetore transigi posse. Memineris autem eorum, quae parte prima Digestorum de alimentis dicta sunt, ne conturberis, cum in hanc constitutionem incidaris.

2) sine Praetore] Praetor enim investigare debet, num alimentarius ab his solis alimentis pendeat.

XXVI. Mulier quaedam 1) decesserat, filio herede relicto, marito adhuc superstite. Frater autem huius mulieris de praedio 2) hereditario egerat, dicens, id ad se pertinere: placuitque inter eos, ut, si intra certum tempus frater mulieris defunctae marito eius certam pecuniae quantitatem inferret, agrum hunc, de quo litigaverat, ab eo acciperet: sin autem intra diem statutum pecuniam non inferret, nullam de cetero quaestionem eo de agro moveret. Verum hoc pacto inito frater intra diem statutum nihil intulit. Quam autem defunctae maritus vereretur, ne quam vim ab eo pateretur, Imperatorem adiit, ad eumque Imperator ita rescripsit: Si super possessione, quae tibi quaesita est, cum quaestionem patereris a fratre uxoris tuae, pactum conventum et stipulatio inter vos, ut allegas, interposita est, ut, si intra certum diem idem

p) Idem Schol. habet Fabr. q) Verba οὐκ ἐκ τῆς διατάξεως apud Fabr. desunt. r) Fabr. εἰδικός. s) Cod. ἰνF1RitaRlβ. Quod haec nota significet, nescio. t) Fabr. add. καὶ, quod in Cod. Coisl. deest. u) Sic Cod. Coisl. Fabr. αὐτὸ διαφέρειν ἑαυτῷ. v) Sic Cod. Coisl. Fabr. εἰς ἤτοι χρόνον. w) Sic Fabr. Deest ὀρισμένης in Cod. Coisl. x) Fabr. male κτίσεως. Nec Cod. Coisl. aliter. y) Sic Cod. Coisl. Fabr. ἀπό.

ἐπερώτησις μεταξύ τῶν, ὡς διδάσκεις, παρενετέθη, ἵνα, ἐὰν ἐντὸς ἡμέρας οὗτος ὁ ἀντιδικὸς σου δέκα χρυσίνοὺς ἀριθμῆσιν σοι, τῆς κτήσεως <sup>α)</sup> αὐτῷ παραχωρήσῃς· εἰ δὲ ἐκείνην τὴν ποσότητα καταβαλεῖν σοι μὴ φροντῆσιν, περαιτέρω ζήτησιν μὴ ὑπομείνης· καὶ οὗτος ὁ οὕτως ὁμολογῆσιν τῆ ὁμολογία αὐτοῦ τὸ ἱκανὸν οὐκ ἐποίησεν, ἀκόλουθον <sup>β)</sup>, σέ, εἰς ὃν τὸ πρῶ- γμα ἀνήκει, βίαν ἀπο τοῦτου ὑπομείναι μὴ ὀφείλεις. οὕτινος πράγματος χάριν ὁ λαμπρότατος ἄρχων τῆς ἐπαρχίας ἐνοχλούμενος <sup>β)</sup> τὴν βίαν κωλύσει, καὶ μά- λιστα ὅτι, εἰ καὶ ἐπὶ τῷ πράγματι ἀγωγή <sup>γ)</sup> τῷ ἐναντίω- σον μέρει ἤρμοιτε, τῷ τοιοῦτοτρόπῳ συμφωνῶν διὰ τῆς χρησιμότητος παραγραφῆς ἡδύνατο ἀπωθεῖσθαι.

γυνή τις] Θεοδώρου. Τὴν ἐν τῇ διαλύσει βίαν κωλύει ὁ ἄρχων· ἀναιρέτεται γὰρ ἡ κατὰ βίαν διάλυσις, ὡς φησὶν ἡ 5. διατάξις τοῦ παρόντος βιβ. καὶ ἡ 17. διατ. τοῦ προκειμένου κτ. ἐπειδὴ δὲ ὁ θεματικὸς τῆς διατάξεως σήμερον οὐ προ- βαίνει, ὡς μὴ προσποριζομένων τοῖς πατρῷσι τὸν μητρόσιον, ὑπόθου, ὅτι περὶ τοῦ οὐσονφρούκτου, τοῦ καὶ σήμερον προσ- ποριζομένου τῷ πατρὶ, ἐγένετο ἐναγωγή κατ' αὐτοῦ παρὰ τινος, ἢ ὅτι καὶ περὶ τῆς δεσποτίας ἐνηργεῖ τις, καὶ ὁ πατὴρ οὗτος ὡς ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἰδίου τὴν ἰν ὅσμ ἀγωγήν ὑπεδέξατο. ἔχομεν οὖν θεῶ προίοντες ἐν τῷ 5. βιβ. τοῦτου τοῦ κωδ. ἐν τῷ προτελευτ. κτ. μαθεῖν, ὅτι τὰς ἐπὶ τοῖς μητροῖσι πράγμα- σιν ἀγωγή δύναται κινεῖν καὶ ὑποδέχεσθαι οἱ πατέρες ὀνό- ματι τῶν παιδῶν. ἐπόθου, ἵνα κατὰ πάντα προβῆ καὶ σήμερον τὸ τῆς διατάξεως νόμιμον. ἀλλὰ τὸ μὲν μὴ δύνασθαι βίαν ἐπαγαγεῖν τὸν πατεῖοντα ἦτοι καὶ ἐπερωτηθέντα, δίδοναι εἰσο ἡγῆσις ἡμέρας φανερὰν ποσότητα καὶ μηδὲ δεδωκότα, πρό- δηλόν ἐστιν. οὐδὲ τὰ ἴδια γὰρ ἀπαξίειν ἡμῖν ἔξεστι σήμερον, ὡς ἔχομεν καὶ τοῦτο προίοντες μαθεῖν ἐν τῷ 7. βιβ. τοῦτου τοῦ κωδ. κτ. τοῦ unde vī ἰντερδικτου. ἐκ δὲ τοῦ τέλους τῆς διατάξ. ἐκείνο σημειώσαι, ὅτι, κἂν δεσπότης τις ὑπάρχων πράγματις τινος συμφωνῆσιν πρὸς τὸν τοῦτο τὸ πρῶμα γεύο- μενον, ἐὰν εἰσο ἡγῆσις ἡμέρας καταβάλῃ ἡγῆτην ποσότητα, ἀπο- λαμβάνειν παρ' αὐτοῦ τὸ πρῶμα· εἰ δὲ μὴ καταβάλῃ, μηδένα λόγον ἔχειν αὐτόν· οὐκέτι ἐνδυνάμει δύναται κινήσει τὴν ἰν ὅσμ, εἰσο τῆς προθεσμίας μὴ καταβαλὼν τὸ συμφωνη- θέν χρεος, ἀλλὰ κινῶ ἐκβάλλεται τῆ τοῦ πακτου παραγραφῆ.

περὶ κτήματος] Ἐπόθου, τὰ μέρη ἀμφοτέρω δικάσαι- σθαι περὶ τῆς τοιαύτης ὑποθέσεως, καὶ μητῶ τῆς δίκης περι- λαβούσης, ἀμφικριθῆναι δὲ καὶ ἡγημένης ἐπι ὑπαρχούσης, διάλυσις ἐπὶ ταύτῃ τῇ δίκῃ ἐκθέσθαι· ἢ καὶ δικάσαι μὲν περὶ τῆς εἰρημένης κτήσεως καὶ ἀπόφασιν ἐξενεχθῆναι, ἐν ἀμφιβόλῳ δὲ ὑπάρχειν τὰ πράγματα διὰ τὸ μῆπω παρελθῆναι τῆς ἐκλήτου ὁρισμένου καιρῶν· καὶ οὕτως ἐρρῶσθαι νότι τὴν τοιαύτην διάλυσιν· εἰ γὰρ καὶ ἔκρινε μὲν δικαστὴς ταύτην τὴν κρίσιν, παρήλθε δὲ καὶ ὁ ἐντεταγμένος τῇ ἐκλήτῳ χρόνος, οὐκ ἐρρῶσθαι· διάλυσις γὰρ ἐστὶν ἀμφιβόλου πράγματος τομῆ, ὡς περὶ οὖν τοῦνακτίον συμφωνῶν ἐστὶν ὁμολογουμένου χρεος συγχώρησις. καὶ ἀμφοτέρων τῶν ὁρισμῶν εὐρήσεις ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦτου τοῦ τίλου ἐν πρώτῳ κεφ. καὶ ἀνάγν. τοῦτου τοῦ τι- κεφ. ζ. καὶ κεφ. ια'. ὁμοίως θεμ. α'. ἢ θεματικῶν ἐναγαγεῖν μὲν τὸν ἀδελφὸν τοῦ τελευτήσαντος, μῆπω δὲ δικασθῆναι· ἐν τοῦτοις γὰρ τοῖς θεματικῶσι ἀμφιβολία ἀναφαίνεται καὶ καλῶς ἢ διάλυσιν γέγονε. πληρὴ μὴ τότε εἴπης ἐρρῶσθαι τὴν διάλυσιν, ὅτε καὶ ἐναγωγή τις· καὶ μὴ ἐναγαγόντος γὰρ τινος ἐρρῶσθαι ἢ διάλυσιν, μόνον εἰ ἐστὶν ἀμφιβολία. οὐκ εἶπε γὰρ ὁ νόμος, ὅτι ἐνάγων τις καλῶς διαλύεται, ἀλλ' ὅτι ἀμφιβολοῦμενον πρῶ- γματος τομῆ ἐστὶν διάλυσις. ἢ δὲ ἀμφιβολία καὶ πρὸ δικαστη- ρίου ἐστὶ πολλῶσι, καὶ ἐν δικαστηρίῳ, καὶ μετὰ τὸ δικασθῆναι, προφάσει δηλονότι τῆς ἐκλήτου.

κζ'. Ἐξεδίκαε τις ἰδίον ἀδελφοῦ κληρονομίαν. οἱ δὲ ταύτην διακατέχοντες ἐρασσον παῖδες εἶναι τοῦ τελευ- τήσαντος. ἀντιλέγοντες δὲ τοῦ ἐνάγοντος περὶ τῆς κατα- στάσεως αὐτῶν καὶ φάσκοντες, αὐτοὺς μὴ εἶναι παῖδας γνησίους <sup>α)</sup>, ἴσως δὲ <sup>β)</sup> μηδὲ ἑλευθέρους <sup>γ)</sup>, ὡς ἀπὸ δούλης μητρὸς γεννηθέντες· συνφωνήθη τινὰ μεταξὺ

adversarius tuus decem aureos tibi numerasset, pos- sessionem ei cederes: si vero eam quantitatem tibi solvere non curasset, ulterius quaestionem non pate- reris: et is, qui ita spondidit, promissioni suae satis non fecit, consequens est, te, ad quem res pertinet, vim ab eo pati non debere. Cuius rei gratia vir clarissimus Praeses provinciae interpellatus vim pro- hibebit: praecipue, cum etiamsi in rem actio diversae parti competeret, huiusmodi pactione propter utilem exceptionem posset submoveri.

1) mulier quaedam] Theodori. Vim in trans- actione Praeses prohibeat: transactio enim per vim facta rescinditur, ut ait const. 7. huius libri, et const. 13. hui. tit. Verum quum hodie species constitutione pro- posita non existat, quia bona materna patribus non amplius acquiruntur, finge de usufructu, qui hodie quo- que patri acquiritur, adversns eum ab aliquo actum fuisse, vel etiam de proprietate aliquem egisse et patrem in rem actionem quasi pro filio suo suscepisse. Deo vo- lente lib. 6. huius Cod. tit. penult. discemus, patres liberorum nomine actiones bonorum maternorum causa proditas tam instituere, quam suscipere posse. Haec finge, ut ius constitutionis per omnia hodie quoque ob- tineat. Manifestum autem est, eum, qui pactus sit sive sponderit, intra certum diem certam quantitatem dare, nec illam dederit, vim inferre non posse. Nam nec propria rapere hodie nobis licet, ut discemus lib. 8. huius Cod. tit. de unde vi interdicto. Ex fine autem const. nota, si quis rei cuiusdam dominus cum pos- sessore huius rei pactus sit, ut, si intra certum diem certam pecuniae summam solveret, rem ab eo conseque- retur: si vero non solvisset, nullam adversus eum quaes- tionem moveret: non amplius cum effectu in rem agere posse, pecunia promissa intra diem non soluta, sed agentem pacti exceptione submoveri.

2) de praedio] Finge, utramque partem de tali causa litigare, et lite nondum finita, sed dubia adhuc et pendente, de ea transactionem fecisse: vel etiam de possessione dicta litigasse et sententiam esse prolatam, res autem adhuc dubias esse, quod nondum tempus ap- pellationi definitum praeterierit. Sic intellige, eiusmodi transactionem valere: nam si iudex et sententiam pro- tulit, et tempus appellationi definitum praeterit, non valet transactio. Nam transactio est rei dubiae decisio, uti per contrarium pactum est certi debiti remissio. Utriusque definitionem initio huius tituli cap. primo reperies. Et lege huius tit. cap. 7. et cap. 11. similiter them. 1. Vel finge, fratrem defuncti egisse, nondum autem esse iudicatum. Nam his casibus ambiguitas apparet et recte transactio facta est. Verum ne dicas tunc valere transactionem, quum et quis egerit: nam et si quis non egerit, transactio valet, modo dubitatio adsit. Lex enim non dixit, aliquem agentem recte transi- gere, sed transactionem esse rei dubiae decisionem. Du- bitatio autem tam ante iudicium saepe adest, quam in iudicio, quam post prolatam sententiam, praetextu sci- licet appellationis.

XXVII. Vindicabat quis <sup>1)</sup> fratris sui heredita- tem. Qui vero eam possidebant, defuncti filios se esse dicebant. Cum autem actor de statu eorum contra- diceret et assereret, eos non esse filios legitimos, for- tasse etiam nec liberos, utpote matre ancilla procreatos, convenerant quaedam inter eos, itaque transegerant.

L. 10  
C. 11. 4.

α) Fabr. rursus κτήσεως, uti et Cod. Coisl. β) Fabr. add. ἴσται, quod in Cod. Coisl. deest. γ) Sic Cod. Coisl. Fabr. ἐνοχλούμενον. δ) Legendum ἀγωγή, licet Fabr. et Cod. Coisl. habeant ἀγωγήν. ε) Sic Cod. Coisl. Fabr. γνησίους παῖδας. ε) δὲ add. Cod. Coisl. Deest apud Fabr. f) Sic Cod. Coisl. Fabr. ἐν ἑλευθέροις.

αὐτῶν, ἐφ' οἷς διελύσαντο. ἀλλ' οὗτος ὁ διαλυσάμενος παραβαίνων τὴν διάλυσιν ἤθελεν ἐξ ἀπαρχῆς ὅ) ἐναγαγεῖν κατὰ τῶν ἰδίων ἀδελφοπαίδων. τοῦτο οὖν ἀπαγορεύουσα αὐτῷ ἡ διάταξις ἀντιγράφει πρὸς αὐτὸν οὕτως. Τοῖς τοῦ ἀδελφοῦ σου τέκνοις περὶ τῆς πατρῴας αὐτῶν διαδοχῆς καὶ περὶ τῆς αὐτῶν καταστάσεως, καὶ τῶν ὑπεναντίον τῆς πίστεως τοῦ αἵματος, εἴ μὴν καὶ τῶν συναρροσάντων ζήτησιν ἐναγαγεῖν ἀδοκίμως ἐξαυτεῖς. οὐδὲ ἐν γὰρ ἔσται τῶν δικῶν τέλος, εἰ ἐκ τῶν διαλύσεων τῶν μετὰ πίστεως καλῆς γενομένων ἀρχὴ γένηται εὐχερῶς ἀρίστασθαι.

ἔξεδίδκει τις] Θεοδώρου. Ἡ ἐπὶ τομῇ τῆς δίκης μετὰ καλῆς πίστεως γενομένη διάλυσιν οὐκ ἀνατρέπεται. ἀγνωσθὶ τὴν ἰδ. καὶ 15. διατ. τοῦ παρόντος τιτ. Σημείωσαι, ὅτι καὶ περὶ καταστάσεως ἐξέστιν διαλυθεῖν. εἰ καὶ τὰ μάλιστα γὰρ ἦσαν τὸ παλαιὸν διατάξεις τοῦτο καλόνουσαι, ἀλλ' ὅμως ἀπὸ διατάξεως Αναστασίου τοῦ τῆς θείας λήξεως κειμένης τελειότητας ἐν τούτῳ τῷ τιτ. ἐξόν καὶ περὶ δουλικῆς καὶ περὶ ἐναπογράφου τυχῆς διαλυθεῖν. ἀλλ' οἱ τῆς οἰκουμένης διδασκαλοῦ εἰκοίως τὴν διάταξιν ταύτην οὐκ εἰδοτες καὶ τὰς παλαιὰς ἐπὶ τούτῳ διατάξεις ἐλαβόμενοι ἐθεμάτιζον, ὅτι ὡς μὴ γνησίους αὐτοὺς υἱοὺς διέβαλεν ὁ θεός. σημερον δὲ κατὰ τὴν εἰρημὴν μοι διατ. εἰ καὶ ἔλεγεν αὐτοὺς δούλους εἶναι (πολλὰς γὰρ ὁ τελευταίος θεραπυῖν ἰδίᾳ συνήρθη καὶ ἐξ αὐτῆς ἐγεννηθήσαν), ὥστε τὴν περὶ τυχῆς ἐναγωγήν αὐτοὺς ὑπομένειν, ὅμως ἡ γενομένη πρὸς αὐτοὺς διάλυσιν ἐρωταί. ὑπόθου δέ, ὅτι συνερωτήθη, δοθῆναι τῷ θεῷ τί ποτε παρὰ τῶν ἀδελφοπαίδων αὐτοῦ, ἢ παραχωρηθῆναι αὐτῷ, χωρὶς γὰρ τοῦ γενέσθαι δοσιν τινὰ ἢ παρακαταχεῖν ἢ ἐπερωτήσιν ἢ γενομένη διάλυσιν οὐκ ἐρωταί, ὡς ἐν τούτῳ τῷ τιτ. προϋόντες ἐσόμεθα ἐν τῇ λη. διατ.

ἀδοκίμως] † Ἦπτον δοκίμως ἐξαυτεῖς, τουτέστιν, ἀδοκίμως. [Sch. s. I. 809.]

μετὰ πίστεως καλῆς] † Σημείωσαι, ὅτι ἡ ἐπιτομὴ τῆς δίκης γενομένη μετὰ καλῆς πίστεως οὐκ ἀνατρέπεται. [Sch. t. I. 809.]

L. II.  
C. II. 4.

κη'. Ἡ διάταξις θεματίζει υἱοὺς παρὰ ἠ) πατρός γραφέντας κληρονόμους καὶ ἀξιώθεντας ὁμοβαδόν, εἴ τις αὐτῶν ἄτεκνος τελευτήσει, ἀποκαταστήσῃ τῷ ἑτέρῳ τὴν κληρονομίαν. καὶ διαλυσαμένων τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τῷ τοιοῦτῳ κλήρῳ, ἀποδέχεται τὴν διάλυσιν ἢ διάταξις. ἐπειδὴ τὴν ὁμόνοιαν τῶν ἀδελφῶν ἐφύλαξε, μηκέτι ἐκάστου αὐτῶν ἐπιζήτων, ἐκ τῆς τελευταίας τοῦ ἑτέρου ἀποκερδαίνει. καὶ οὐ μόνον εἰ μείζονες εἰσι τῶν κέ. ἐνιαυτῶν οἱ περὶ τοῦ ἰ) τοιοῦτον κλήρον διαλυσάμενοι, λέγει τὴν διάλυσιν ἐρωθῶσθαι. ἀλλ' οὐδὲ εἰ μεταξὺ ἐλαττόνων, γενομένην τὴν τοιαύτην διάλυσιν ἀνατρέπεσθαι διὰ ἀποκαταστάσεως συγχωρεῖ.

ἡ διάταξις θεματίζει] Θεοδώρου. Ἡ γενομένη καὶ παρ' ἡττονος ἐπὶ τῷ ὁμοβαδόν φιδεικομίσσῳ διάλυσιν μένει ἐρωθῶμένη. μείνησαι τῆς γ'. διατ. τοῦ γ. τιτ. τοῦ παρόντος βιβ. τοῦ κωδ. εἰ γὰρ μὴ γένηται πίστις καλῆ ἢ διάλυσιν, οὐδὲ ἐρωταί.

† Αὕτη ὁμοία ἐστὶ τῆς πρώτης καὶ 15. τοῦ προλαβόντος [τιτ.] ἠ). Δύο τινὰ παραδόξα θέματα μνησθέντων διὰ τοῦ παρόντος θεματισμοῦ. Ἐν μὲν, ὅτι δυνάμεθα παραβαίνειν ἐν τοῖς τοιοῦτοις τὴν διάταξιν τοῦ διαθεμένου, ἐπ' ἄλλων μὴ δυνάμενοι τὰς ἐνόμους διατάξεις τῶν διαθεμένων παρορῶν. δεύτερον, ὅτι ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις τὰ μεταξὺ ἐλαττόνων γενομένα εὐανάτρεπτα εὐδοκίμως. ἐνταῦθα ἰσχυρῶν καὶ ἐρωθῶμένην καὶ ἀμετακλήτων τὴν μεταξὺ ἐλαττόνων διάλυσιν γενομένην διδασόμεθα. [Sch. u. I. 809.]

τὴν τοιαύτην διάλυσιν] Σημείωσαι, πότε ἡ παρὰ ἀφελίκων γενομένη διάλυσιν ἐρωταί, κἂν ἐπὶ ἀκνήτους ἐγγονοῖ, καὶ ὅτι οὐδὲ δι' ἀποκαταστάσεως ἀνατρέπεται ἢ τοιαύτη διάλυσιν, καὶ κρατεῖ, κἂν μὴ γέρονε δεχέτον. ἐναντιοῦντα τοῖς εἰσὶ τὸ θοδ'. κεφ. τοῦ γ. τιτ. τοῦ β'. βιβ. καὶ τὸ γ'. καὶ η'. τοῦ ἰδ. τιτ. τοῦ λε'. βιβ. καὶ σκόπησον πάντα ἐπιμε-

Verum qui transegerat, transactione violata, ex integro adversus fratris sui filios agere volebat. Haec igitur ipsi denegans constitutio ad eum ita rescribit: Fratris tui filii de paterna eorum successione et statu eorum etiamnunc contra fidem sanguinis, itemque placitorum, quaestionem inferre parum probe <sup>2)</sup> postulas. Nullus enim erit litium finis, si a transactionibus bona fide <sup>3)</sup> interpositis coeperit facile discedi.

1) vindicabat quis] Theodori. Transactio ad litem decidendam bona fide facta non rescinditur. Lege const. 14. et 16. huius tit. Nota, etiam de statu transigi licere. Licet enim olim constitutiones essent, quae hoc prohiberent, tamen ex constitutione Anastasii sanctae memoriae, quae est ultima hoc titulo, etiam de servili et adscriptitia conditione transigere licet. Sed orbis terrarum praeceptores merito hanc constitutionem ignorantes et antiquas eius rei causa emissas constitutiones reveriti, finxerunt, patrum eos filios non legitimos dixisse. Hodie autem secundum praedictam a me constitutionem, et si eos servos esse dixerit (saepae enim defunctus cum ancilla sua rem habuerat ex eaque suscepti sunt), ut de statu controversiam paterentur, tamen transactio cum iis facta valet. Finge autem, convenisse, ut patruo aliquid a fratris filiis daretur vel remitteretur. Nisi enim detur aliquid, vel retineatur, vel promittatur, transactio inita non valet, ut hoc titulo const. 38. discimus.

2) parum probe] Parum probe postulas, id est, improbe.

3) bona fide] Nota, decisionem litis bona fide factam non rescindi.

XXVIII. Constitutio ponit <sup>1)</sup>, filios a patre heredes scriptos et vicissim rogatos, ut, si quis eorum sine liberis decederet, alteri hereditatem restitueret. Et cum de eiusmodi hereditate fratres inter se transigissent, transactionem constitutio admittit: quia concordiam fratrum servat, cum nullus eorum amplius ex morte alterius lucrum captare speret. Et ait, transactionem valere, non solum si hi, qui de eiusmodi hereditate transegerunt, maiores XXV. annis sint: sed nec inter minores transactionem eiusmodi <sup>2)</sup> factam per in integrum restitutionem rescindi permittit.

1) constitutio ponit] Theodori. Transactio a minore quoque de fideicommissio reciproco facto rata manet. Memineris const. 13. tit. 3. huius libri Cod. Nam si bona fide transactio facta non sit, nec valet.

Haec constitutio similis est primae et decimae sextae praecedentis tituli. Duo paradoxa themata discimus ex specie posita: alterum quidem, quod in talibus possumus testatoris voluntatem transgredi, cum in aliis legitimis testatorum dispositiones continere non possumus: alterum, quod in aliis quidem ea, quae cum minoribus geruntur, facile rescinduntur: hic autem transactionem cum minoribus factam firmam, ratam et inconcussam esse discimus.

2) transactionem eiusmodi] Nota, quando transactio a minoribus, licet de rebus immobilibus, facta valeat, et nota, eiusmodi transactionem nec per in integrum restitutionem rescindi, eamque valere, licet decretum non sit interpositum. His repugnant cap. 179. tit. 3. lib. 2. et cap. 13. et 18. tit. 14. lib. 35. Omnia

g) Sic Cod. Coisl. Fabr. ἀπαρχῆς. h) Sic Fabr. melius, quam Cod. Coisl. περὶ. i) τοῦ add. Cod. Coisl. Deest apud Fabr. k) τιτ. uncis inclusi, quum supplendum sit.



λως, καὶ εὐρήσεις αὐτὰ μᾶλλον συμφωνοῦντα καὶ τοὺς λογισμοὺς ἐν ἑαυτοῖς φέροντα.

Ἄλλο γὰρ παραίτησις, ἄλλο δὲ διάλυσις· ὁ μὲν γὰρ παραιτούμενος τὸ μῆτι ἀγορᾶν αὐτῷ οὐ βλάπτεται, ὡς μὴ δυνάμενος παραιτεῖσθαι· ἐκείνος γὰρ παραιτεῖται ὁ καὶ δυνάμενος κτήσασθαι· ὁ δὲ διαλύμενος, ἐπειδὴ λαμβάνει καὶ τῶν ἐν ἐλπίσει καὶ μὴδὲ δοκούντων εἶναι προτιμῶ τὸ ὄν, εἰκότως αποκλείεται. ἐπὶ τῆς παρουσίας διαλύσεως δέδοται καὶ ἀντιδεδόται τὸ ἐπιζόμενον δικαίον τῆς κληρονομίας ἐξ ἀπαιτίας, καὶ κατὰ τοῦτο ἐρωτᾶται, εἰ καὶ τῆς αἰρέσεως δοκούσης εἶναι ἤδη πληρωθεῖσαν, καθὰ φησὶν ἡ β'. παραγραφή τοῦ β'. τι. τοῦ παρόντος βιβ. τοῦ εἰβ. κεφαλ.

† Ἡ γενομένη καὶ παρ' ἡτιόνων ἐπὶ τοῦ ἀμοιβαῖον φιδεικομίσσου διάλυσις μένει ἐρωμένη. [Sch. u. I. 810.]

κθ'. Ἐχρεώσται τις πόλει τινὶ καὶ) διελύσατο πρὸς αὐτὸν ἢ πόλιν· ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ἐπιχειροῦντων τῶν τῆς πόλεως προνοητῶν ἀνατρέψαι τὴν πρὸς αὐτὸν γενομένην διάλυσιν, ὡς χάριτι καὶ κολακείᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν γενομένην, προσέρχεται βασιλεῖ ἀξίων, ἐν βεβαίᾳ μείναι<sup>m</sup>) τὴν διάλυσιν, καὶ ἀντιγράφει πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεὺς οὕτως. Ὁ ἄρχων τῆς ἐπαρχίας διακρίνει, πότερον περὶ ἀμφιβόλου δίκης διάλυσις μεταξὺ σοῦ καὶ τῆς πόλεως<sup>n</sup>) γέγονεν· ἢ μῆτι πρὸς κολακείαν σὴν οἱ πολῖται ἐψηφίσαντο, τὰ ἀναμφιβόλως παρὰ σοῦ<sup>o</sup>) χρεωστούμενα συγχωρηθῆναι σοι. καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ θέματι, ὅπου ἀμφίβολος ἦν ἡ δίκη, κυρίαν καὶ βεβαίαν μείναι<sup>p</sup>) τὴν διάλυσιν κελεύει· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ, τουτέστιν<sup>q</sup>), ὅπου κατὰ προδοσίας<sup>r</sup>) πρὸς κολακείαν σου οἱ πολῖται διελύσαντο, ἐπιβλαβῆ γενέσθαι τῇ πόλει τὴν πρὸς σὲ χάριτα τῶν πολιτῶν οὐ συγχωρεῖ<sup>s</sup>).

ὡς χάριτι] Θεοδώρου. Ἡ κατὰ προδοσίαν ἢ κατὰ κολακείαν γενομένη διάλυσις οὐκ ἐρωτᾶται· φησὶν δὲ καὶ ἡ γ'. διατ. οὐτι οὐδὲ ἢ κατὰ φόβον γενομένη διάλυσις ἐρωτᾶται. τὸ ἀποτέλεσμα τῆς διατ. οὐτι καὶ ἐπὶ τοῖς πολιτικοῖς χρέεσι τὸ βουλευτήριον πίπτει μὲν καλῆ ἰσχυρῶς διαλύεται· εἰν δὲ πρὸς χάριν τοῦ χρεώστου ψηφίσεται γενέσθαι διάλυσιν, οὐκ ἐρωτᾶται ἢ διάλυσιν. σημειώσαι δὲ, οὐτι καὶ ἐπὶ πόλει μόνον τὸ ἀμφίβολον εἶναι τὴν δίκην ἀρκεῖ πρὸς σύστασιν διαλύσεως, ὡς περὶ καὶ ἀνωτέρῳ ἐπὶ ἰδιωτῶν διαλυμένων εἶπεν ἡ β'. τοῦτου τοῦ τι. διατάξις.

πρὸς κολακείαν σὴν] † Σημειώσαι, οὐτι κατὰ προδοσίαν ἢ κολακείαν ἢ φόβον γενομένη διάλυσις οὐδὲν ἰσχυρῶς. [Sch. x. I. 810.]

λ. ι'). Τὰς παρεντεθείσας φόβον ἔνεκεν διαλύσεις βεβαίως μὴ<sup>u</sup>) εἶναι, τῷ διηγεκῆ δόγματι περιέχεται. οὐχ ὅμως<sup>v</sup>) δὲ οἷοςδὴποτε φόβος εἰς ἀνάσχισιν<sup>w</sup>) τῶν κατὰ συναιρέσιν<sup>x</sup>) περαιωθέντων ἀρκεῖ. ἀλλὰ τοιοῦτον φόβον ἀποδείκνυσθαι χρή, ὅστις τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ<sup>y</sup>) κίνδυνον ἢ τὰς τοῦ σώματος βασάνους<sup>z</sup>) περιέχει<sup>a</sup>). εἰς βίαν δὲ ὅμως ἢ δόλον ἐλεγκτίον ἢ ποιότης τῆς δίκης τοῦ πρωτοτύπου οὐκ ἀρκεῖ. ὅθεν εἰ μὴδὲν τοιοῦτον ἀποδείξαι δύνασαι<sup>b</sup>), τὰς συναιρέσεις περαιωθείσας ζητήσεις οὐδὲ ὅλως ἀνανεοῦσθαι χρή. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτον, πρὸς ὃν διαλελύσθαι λέγεις, ὡς ἐκ δούλης γεννηθέντα δούλον εἶναι διαβεβαιούσαι· εἰ ἀληθῆ ἔστιν, ὅτινα ταῖς δεήσεσι περιέλαβες, ἄλλος λόγος τὸ σύμφωνον ἀναμορφοῦ καὶ ἀνατρέπει· οὐδὲ γὰρ ἀμφίβολον ἐστὶ νομίμον, δεσπότης μετὰ δούλων ἰδίων συμφωνοῦντας, ἐκ τῶν συμφώνων κατέχεσθαι ἢ ἐνόχους γίνεσθαι<sup>c</sup>) μὴ δύνασθαι.

l) καὶ Cod. Coisl. deest ap. Fabr. m) Sic Fabr. quod melius videtur, quam εἶναι in Cod. Coisl. n) Fabr. addit σου. o) Sic Fabr. melius, quam Cod. Coisl. παρ' αὐτοῦ. p) Sic Fabr. Cod. Coisl. εἶναι. q) Sic Cod. Coisl. Deest τουτέστιν apud Fabr. r) Sic Cod. Coisl. Fabr. προδοσίαν. s) Sic Cod. Coisl. Fabr. συγχωρήσει. t) Huius capituli pars legitur in Syn. p. 126. u) μὲν Syn. Leuncl. in marg. μή. v) Sic melius Fabr. quam Cod. Coisl. et Syn. ὅμως. w) Syn. et Fabr. ἀνάσχισιν εἰκόνων. x) Sic Fabr. et Syn. Cod. Coisl. συναιρέσει. y) Sic Cod. Coisl. et Syn. Fabr. σωτ. ῥίαν. z) Syn. τιμωρίας. a) Haec tenus Syn. b) Sic Cod. Coisl. Fabr. δύνασαι. c) Sic Cod. Coisl. Fabr. γενέσθαι.

diligenter considera, eaque potius consentanea et rationes in se contentientia reperies.

Aliud enim est recusatio, aliud transactio: nam qui recusat id, quod nondum ipsi competit, non laeditur, cum recusare nequeat. Nam is recusat, qui et acquirere potest. Qui vero transigit, quia id, quod existit, his, quae sperantur et esse non videntur, praefert et accipit, merito excluditur. In hac transactione ius hereditarium, quod exinde speratur, si alter sine liberis decesserit, datur et vicissim datur, ideoque valet, licet conditio iam extitisse videatur, ut dicit secunda adnotatio tit. 2. huius libri cap. 62.

Transactio etiam a minoribus de reciproco fideicommissio facta rata manet.

XXIX. Civitati cuidam quidam debebat, cum eoque L. 12. civitas transegerat: verum postea cum civitatis C. 11. 4. administratores transactionem cum eo factam quasi per gratiam<sup>1</sup>) et ambitionem eius ininitam rescindere aggredierentur, debitor Principem adit, postulans, ratam manere transactionem, ad eumque Princeps ita rescribit: Praeses provinciae aestimat, utrum de dubia lite transactio inter te et civitatem facta sit, an per ambitionem tuam<sup>2</sup>), cives decreverint, ut ea, quae indubitate a te debebantur, tibi remitterentur. Et priore quidem casu, ubi dubia lis erat, transactionem ratam firmamque manere iubet: posteriore vero, hoc est, ubi per ambitionem tuam cives, utilitate civitatis prodita, transegerunt, damnosam fieri civitati civium erga te gratiam non sinit.

1) quasi per gratiam] Theodori. Transactio per proditionem vel ambitionem facta non valet. Dicit quoque const. 13. nec transactionem metus causa factam valere. Summa constitutionis haec est, quod et in his, quae civitatibus debentur, curia bona fide valide transigit: si vero per gratiam debitoris transactionem fieri decreverit, ea non valet. Nota, in civitate quoque solam ambiguitatem litis ad transactionem firmandam sufficere, ut supra quoque de privatis transigentibus const. 2. huius titi. dixit.

2) per ambitionem tuam] Nota, transactionem per proditionem vel gratiam vel metus causa factam nihil valere

XXX. Interpositas metus causa<sup>1</sup>) transactiones L. 13. ratas non esse, edicto perpetuo<sup>2</sup>) continetur. Nec C. eod. tamen quilibet metus ad rescindenda ea, quae consensu terminata sunt, sufficit: sed talem metum probari oportet, qui salutis periculum vel corporis cruciatus contineat. Ad vim tamen vel dolum arguendum qualitas causae principalis non sufficit: unde si nihil tale probare potes, consensu quaestiones terminatas minime instaurari oportet. Sed quoniam cum, cum quo te transegisse commemoras, velut ex ancilla natum, servum esse asseveras: si vera sunt, quae precibus complexus es, alia ratio pactum reformat et rescindit. Nec enim dubii iuris est<sup>3</sup>), dominos cum servis suis paciscentes ex placitis teneri vel obligari non posse.

φόβου ἐνεκεν] Θεοδώρου. Δεσπότης πρὸς ἴδιον δοῦλον οὐ διαλύεται, εἰ μὴ ἅπα περι μόνης δουλικῆς καταστάσεως, δηλοῦσι κατὰ τὴν γγ. διατ. τοῦ παρόντος τιτ. ἡ διατάξις αὕτη τὰς φόβου ἐνεκεν γενομένης διαλύσεις νομοθετεῖ μὴ ἐρῶσθαι. ἐπιτίθειται δὲ καὶ, ποῖος φόβος ἀνατρέπει διάλυσιν· οὐ γὰρ ὁ οἰοσθῆποτε φόβος αὐτὴν ἀνατρέπει, ἀλλ' ὁ κίνδυνον σωτηρίας ἐπιφέρει ἢ βίασανον σώματος. κανονίζει δὲ καὶ ἐκεῖνο, ὅτι πρὸς ἀποδείξιν ἢ δόλον οὐκ ἀρκεῖ ἡ ποιότης τῆς πρωτοτύπου δίκης. εἰν οὖν, φροῖν, μηδὲν τοιοῦτον διγασαι ἀποδεῖξαι γενομενον, ἀναρῆλαφῶν τὴν περαιοθῆσαν δίκην οὐκ ὀφείλεις. ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνον, πρὸς ὃν διελύσω, δοῦλον εἶναι σὺν διεββαίωσω, ὡς ἀπὸ δούλης σου γεννηθέντα, εἰ ἀληθῆ ἔστι, ἢ διδασκίς, ἄλλος λογισμὸς ἀνατρέπει τὸ συμφωνον ἡτοῦ τὴν διάλυσιν. ἀναμφίβολον γὰρ, δεσπότην μετὰ οἰκετῶν πικνεύοντα μὴ δύνασθαι κατέχεσθαι αὐτοῖς, μηδὲ ἔροχον γενέσθαι. ἔχει δὲ τὸ κατὰ πόδας, ὡς ἐν τῷ Βασιλικῷ κείται· τὰ πρῶτα μέρη τῆς διατάξεως μάλλον τῷ τιτ. κοῦδὸ μέτους καῦσα καὶ τῷ δὲ δόλο διετηροε. μετὰ τοῦτο μηδὲ τῷ παρόντι τιτ. ἀποσφορα αὐτὰ εἶναι, ἐπειδὴ ὅλως περὶ διαλύσεως διαλέγεται· τὸ δὲ τελευταῖον μέρος τῆς διατάξεως τὸ λέγον, ὅτι ἡ γενομένη πρὸς δούλον διάλυσις οὐκ ἐρρωται, ὡς εἶπον σοι, σήμερον οὐ κρατεῖ ἀπὸ τῆς τελευταίας τούτου τοῦ τιτ. διατάξεως. πλήν τὸν κανόνα τῆς διατ. σημείωσαι· ἐπὶ γὰρ ἄλλων πικτων χωρὶς τῆς περὶ τυχῆς διαλύσεως ἀσφαλῆς ἐστὶ καὶ σήμερον ὁ κανὼν ὁ λέγων, τὰ παρὰ δεσπότην πρὸς οἰκετῆρ συμφωνούμενα μηδεμίαν ἔροχην ἔχειν. ὑπέξελε τοῦ κανόνος τῆς διατάξεως ταύτης διὰ τὴν τελευταίαν τοῦ τιτ. διατ. τὸ ἐπὶ διαλύσει τῆς περὶ τῆς τυχῆς γνόμενον παρὰ τοῦ δεσπότην πρὸς οἰκετῆρ πικτων· τοῦτο γὰρ ἐρρωται σήμερον. πᾶν δὲ ἄλλο συμφωνον τῷ προκειμένῳ κανόνι τῆς διατάξεως περιλαμβάνεται <sup>d</sup>). εἰ δὲ καὶ ἔγγραφον ποιήσει ὁ δεσπότης πρὸς τὸν ἴδιον οἰκετῆρ, ὁμολογῶν αὐτὸν ἐν τούτῳ τῷ ἔγγραφῳ ἐλεύθερον εἶναι, ἐρρωται τοῦτο τὸ πικτων, καὶ γίνεται ὁ οἰκετῆς ἐντεῦθεν ἐλεύθερος· μάθε καὶ ἄλλο πικτων μετὰ δεσπότην καὶ δούλου γνόμενον, καὶ ὅμως ἐρρωμένως. εἰν γὰρ δούλος δέδωκε τῷ ἰδίῳ δεσπότη χρηματὰ ἐπὶ τῷ καὶ αὐτὸν καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐλευθερώσαι, καὶ λαβὼν ὁ δεσπότης μόνον αὐτὸν ἠλευθέρωσεν, οὐ μὴν καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ἀπαιτεῖται πληρώσαι τὸ συμφωνον καὶ ἐλευθερώσαι τὰ τέκνα. ὡς ἐν τῷ ζ'. βιβλίῳ τούτου τοῦ κωδ. ἐρομεν σὺν θεῷ μαθεῖν, ἐν τῷ ιε'. τιτ.

διηνεκεῖ δόγματι] Διηνεκεῖ εἶπεν, ἐπειδὴ πρὸ τῆς τοῦ Ἀδριανῶν διατάξεως οὐκ ἐπερπετενοντο τὰ ἐδικτα τῶν πραιτωρῶν, ἀλλ' ἴσχυον ταῦτα τὰ παρ' αὐτῶν ἐκφανηθέντα δόγματα μέχρις ἔως ἤρχον, μετὰ δὲ τὴν διαδοχὴν τούτων ἀνηροῦντο. ὁ οὖν Ἀδριανὸς διετάξατο, ἰσχύειν ταῦτα καὶ μετὰ τὴν τούτων διαδοχὴν καὶ διηνεκεῖ κρατεῖν.

† Διηνεκεῖ δόγμα ἐστὶν τὸ λέγον· τὰ κατὰ φόβον γεόμενα οὐκ ἐρρωται. [Sch. y. I. 810.]

οὐδὲ γὰρ ἀμφιβόλου ἐστὶν νομῖμον] † Σημείωσαι τὸν κανόνα τῆς διατάξεως· ἐπὶ γὰρ ἄλλων πικτων, χωρὶς τῆς περὶ τυχῆς διαλύσεως, ἀσφαλῆς ἐστὶ καὶ σήμερον ὁ κανὼν λέγων, τὰ παρὰ δεσπότην πρὸς οἰκετῆς συμφωνούμενα μηδεμίαν ἔροχην ἔχειν. ὑπέξελε οὖν τὸ ἐπὶ τῇ διαλύσει περὶ τῆς τυχῆς γνόμενον παρὰ τοῦ δεσπότην πρὸς οἰκετῆρ πικτων· τοῦτο γὰρ ἐρρωται σήμερον. πᾶν δὲ ἄλλο συμφωνον τῷ προκειμένῳ κανόνι τῆς διατάξεως περιλαμβάνεται <sup>e</sup>). εἰ δὲ καὶ ἔγγραφον ποιήσει ὁ δεσπότης πρὸς τὸν ἴδιον οἰκετῆρ, ὁμολογῶν αὐτὸν ἐν τούτῳ ἐλεύθερον, ἐρρωται. [Sch. z. I. 810.]

I. 14. C. II. 4. λα'. Διαλυσάμενός τις καὶ χρήματα δεδωκώς ἐπὶ τῷ μὴ ἐναχθῆναι, ἐπιχειροῦντος μετὰ ταῦτα τοῦ ἀντιδίκου ἐναγαγεῖν αὐτῷ, προσῆλθεν βασιλεῖ, ἔξαιτῶν <sup>f</sup>), ἀναλαβεῖν, ἄπερ δέδωκε χρήματα, καὶ τότε τὴν ἐναγωγὴν ὑποστήρηται. δεχόμενος οὖν τὴν αἴτησιν <sup>g</sup>) αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς ἀντέγραψεν οὕτως. Εἰ τὸ ἐναντίον <sup>h</sup>) μέρος παρὰ <sup>i</sup>) τὸ συμπεφωρημένον ἐνάγειν ἐπιχειρεῖ, ὁ τῆς δικαιοσύνης λογισμὸς συμβουλεύει, ἀναδοθέντων σοι τῶν χρημάτων, ὡς ἐπιζητεῖς, τὴν δίκην ἐξ ἀκραίου γυμνασθῆναι.

διαλυσάμενός τις] Θεοδώρου. Καλῶς τις ἀναλαμβάνει, ἢ δέδωκεν ἐπὶ διαλύσει δίκης, καὶ οὕτως τὸς κατ' αὐτοῦ

d) Sic emendavi pro παραλαμβάνεται, quod legitur in Cod. Coisl. e) Sic lege. Fabr. περιλαμβάνεται. f) Sic Cod. Coisl. Fabr. ἔξαιτῶν βασιλέως. g) Sic Cod. Coisl. Fabr. αὐτοῦ τὴν αἴτησιν. h) Fabr. addit σου, quod deest in Cod. Coisl. i) Sic Fabr. melius, quam Cod. Coisl. qui habet περὶ.

1) metus causa] Theodori. Dominus cum servo suo non transigit, nisi de sola servili conditione, videlicet secundum const. 43. huius tit. Haec constitutio statuit, metus causa factas transactiones non valere. Exponitur etiam, qualis metu transactionem rescindat: nam non quicumque metus eam rescindit, sed ille, qui periculum saluti vel corporis cruciatus infert. Definit quoque, ad probationem vel dolum non sufficere causae principalis qualitatem. Si igitur, ait, nihil tale factum probare potes, litem finitam instaurare non debes. Sed quoniam eum, quocum transegisti, servum tuum esse asseverasti, velut ancilla tua natum, si vera sunt, quae allegas, alia ratio pactum, id est, transactionem rescindit. Nam dubium non est, dominum cum servis paciscentem teneri his vel obligari non posse. Tὸ κατὰ πόδας habet, ut in Basilico. Prior pars constitutionis magis ad tit. quod metus causa et ad tit. de dolo pertinet. Postea nec ab hoc titulo aliena est, quia omnino de transactione disseritur. Ultima autem constitutionis pars, qua dicitur, transactionem cum servo factam non valere, hodie, ut dixi, non obtinet ex ultima huius tit. constitutione. Ceterum regulam constitutionis nota: nam in aliis pactis excepta transactione de statu hodie quoque regula obtinet, quae dicit, pacta a domino cum servo inita nullam gignere obligationem. A regula huius constitutionis propter ultimam tit. const. excipias pactum a domino cum servo transigendi de statu causa factum: hoc enim hodie valet. Omne autem aliud pactum regula constitutionis proposita continetur. Sed et si dominus servo suo instrumentum exposuerit, in quo eum liberum esse fatetur, valet hoc pactum, et inde servus liber fit. Cognosce et aliud pactum inter dominum et servum, et tamen valide, conditum. Nam si servus domino pecuniam dederit, ut ipsum eiusque liberos manumitteret, et dominus pecunia accepta ipsum solum manumiserit, non etiam liberos eius, convenitur, ut pactum impleat et liberos manumittat, ut Deo volente lib. 7. huius Cod. tit. 15. discenat.

2) edicto perpetuo] Perpetuo dixit, quia ante Hadriani constitutionem edicta Praetorum non perpetua erant, sed edicta ab his emissa, quamdiu in magistratu erant, valebant, et postquam successorem acceperant, tollebantur. Hadrianus igitur constituit, ut edicta magistratu quoque deposito valerent et perpetuo obtinerent.

Edictum perpetuum est, quod ait: quod metus causa gestum est, non valet.

3) nec enim dubii iuris est] Nota regulam constitutionis: nam in aliis pactis, citra transactionem de statu factam, hodie quoque servatur regula, quae ait, pacta a domino cum servis inita nullam actionem parere. Excipe igitur pactum a domino cum servo transigendi de statu causa factum: hoc enim hodie valet. Quocumque autem aliud pactum regula constitutionis proposita continetur. Sed et si dominus servo suo instrumentum exposuerit, quo eum liberum esse confiteatur, valet.

XXXI. Quidam, qui transegerat <sup>1</sup>) et pecuniam dederat, ne conveniretur, cum adversarius postea eum convenire tentaret, Principem adiit, postulans, ut pecuniam, quam dedit, reciperet, et deinde exciperet actionem. Princeps igitur desiderio eius admissio ita rescripsit. Si diversa pars contra placitum agere nititur, aequitatis ratio suadet, refusa tibi pecunia, ut tu desideras, causam ex integro agi <sup>2</sup>).

1) quidam, qui transegerat] Theodori. Recte quis ea recipit, quae, ut de lite transigeret, dedit, et